

n. 2. Ducor, nam fundamentū, cui innitur hæc sententia, nēpe, non tribuendū plus luxuriæ, quā castitati, procedit accedenti iudicis sententiæ: eod quod id in luxuriæ pœnam sit, vt fatis, nu. 1. probauimus.

15

Vltimò deducitur, quid in ea quæstione sentiendum sit, an vidua fornicans amittat filiorū tutelam, perinde ac transiens ad secundas nuptias: Doctores communiter sentiunt eam amittere. Ducuntur ex. l. fin. C. quando mulier tutelæ officio, ibi. *in iuramentum autem præstat quod ad nuptias nō perueniat, sed pudicitiam suam intactam conferuet.* Vbi promissio non transeunt ad secundas nuptias, & pudicitia intacta conseruanda æquiparantur, atq; vtriusq; promissio exigitur à vidua tutricæ filiorū futura. Sicut ergo violans promissionē priorē, amittit tutelam: ita violans posteriorē. Secūdo ex ratione textus. §. fin. auth. de restit. & ea quæ parit, ne plus tribuatur luxuriæ, quā castitati: dicendo amitti tutelam per secundas nuptias, quæ castitatis sunt: non autem ob fornicationē. Atq; ita ferē omnes Auctores docent, sed quidam videntur explicare vnum actum, dicentes viduā fornicantem amittere tutelam: alij autem loquuntur de vidua incontinententer, & luxuriose viuente. Sed vtrosq; existimo idē sentire, nimirū, deperdit per vnicam fornicationē (vt similiter. n. 2. aduert.) Quia omnes innuntur de cis. d. l. finalis, quæ pudicitiam intactam seruari postulat. Quod vel vnica fornicatione violatur. Doctores ergo afferentes per fornicationem viduæ perdit tutelam, sunt Glossa auth. sacramentum, verb. cōtractis C. quando mulier tutelæ officio: & ibi Salycet. n. 1. q. 2. Specul. tit. de tutore. §. nūc dicendū. n. 2. vers. itē excipitur. Bartol. l. si quis sub cōditione. n. 26. ff. de testamentaria tutela: & auth. de restit. & ea quæ parit. §. fin. in fine: & auth. de nuptijs. §. si autem tutelam. n. 5. Baldus. l. his folijs. nu. 4. C. de reuoc. donat. Alexander de Neuo. c. fin. n. 9. de secund. nupt. Ananias. c. qualiter & quando. l. 2. §. licet autem. n. 12. de accus. Paul. l. omnem. n. 2. C. ad Tertul. Garronis auth. eisdem pœnis, in noua edition. n. 23. & 26. C. de secund. nupt. Guilielmus Benedictus. c. Raynuntius, de testam. §. qui cū alia. n. 203. Nauarrus summa hispana, & latina. c. 25. nu. 67. Gregor. Lopez. l. 3. verb. maldad. tit. 1. p. 4. Villalob. in cōmunibus opinion. littera. B. n. 33. Perez lib. 5. ordinamenti, tit. 1. l. fin. vers. idē dicendū erit. Azeb. lib. 5. recop. tit. 1. 4. n. 14. Doctores

verò explicantes, si incontinenter, & luxuriose viuat, sunt Abbas. c. vxoratus. nu. 2. de conuers. eonig. Decius. c. ex parte. M. in noua editio. q. 6. n. 13. vers. in 2. casu, de appel. & ibi Sebastianus Sapia addi. ad abbatē, statim in principio. Angel. de Aretio inflit. de legitima patronorū tutela. §. fin. in fin. & inflit. de actio. §. actio. n. 19. n. 41. Hyppol. vnic. nu. 54. C. de raptu. virg. Angel. de Gambellio. traçt. de testam. glo. 96. nu. 13. Ioānes Lupus rubrica de donat. inter vir. & vxor. §. 67. n. 14. Sylua nuptialis lib. 2. verb. viduæ non est nubendū. nu. 50. Roland. consil. 86. n. 49. volum. 2. Aules in proemio. c. pretorij, gl. 1. n. 20. Minchaca de successio. n. 1. creatione, lib. 2. §. 12. nu. 39. Molina lib. 1. de primog. c. 9. n. 49. Anton. Gomez. l. 14. Tauri nu. 13. Padilla. l. fideicom. n. 8. C. de fideicommiss. Pinnellus. l. final. n. 18. C. de bonis mater. Antonius Gabriel tomo. 3. commun. opi. lib. 3. tit. de secund. nupt. concl. 8. n. 2. & conclus. 9. n. 14. Surdus de alimentis, tit. 7. q. 2. n. 18. Gutier. de tutel. p. c. 9. num. 19. Gail in obseruationibus, lib. 2. obser. 98. n. 16. & ex Theologis, Molina tomo. de iustitia, traçt. 2. disp. 220. col. 8. Emmanuel Sa in summa verb. curator, in fine. Imò & per solos tactus inhonestos, vt mammillarum, oscula impudica perdit tutelam, eod quod non feruetur intacta pudicitia, asseuerant Gratus consil. 115. num. 8. volum. 4. Antonius Gabriel. d. conclus. 8. n. 3. & d. conclus. 9. nu. 15. Salzedo addi. ad Bernardū Diaz regula. 216. sine. Et videtur sentire hi Doctores omnes allegati amitti tutelam ipso iure. Cū doceant amitti, sicut per transitum ad secundas nuptias, imò multo fortius. At per illum transitū perditur ipso iure, & nulla iudicis sententia expectata (vt diximus disp. 88. nu. 10.) (Atq; id expressè supponunt Angelus de Aretio, Angelus de Gambellionibus, Hyppolitus, Garro. nis, Antonius Gomez. proximè allegati, inferunt enim ex hac sententiæ fore vt multæ tutelæ expirarent, si multæ secretè fornicationes patefierēt. Supponunt ergo fornicatione admissa expirasse iam tutelam: idq; ob id non mādari executioni, q; de fornicatione minimè constet. Et in prioribus terminis docet ipso iure cessare, Iacobus de Bellouiso auth. de restit. & ea quæ parit. §. fin. in fin. Garronis. d. authentica, eisdem pœnis. n. 23. Nauar. summa latina, & Hispana. c. 25. n. 67. vbi addit viduā hæc fornicantem peccare lethaliter retinendo

tute-

tutelam. Discrepant tamen inter se aliqui ex his Doctoribus. Quippe aliqui non vniuersaliter admittunt perdit tutelam per viduæ fornicationem, sed quando ea commissa est intra annū luctus. Ita Glossa. auth. de restit. & ea quæ parit. §. finali, in fine. Et ibi Angelus de Perusio in fine, & num. 7. vers. item pœne. Petrus de Montecatuto ibi, in fine. Et videtur sustinere Speculator proximè relatus: ait enim viduam, quæ peccauit in corpus tempore anni luctus perdere tutelam. Alij verò idem volunt, licet post annum luctus fornicetur. Sic Bartol. eodem. §. finali, in fine, auth. de rest. & ea quæ parit. Et ibi Iacobus de Bellouiso sine. Garronis, Rolandus, Perez, Azebedo proximè allegati. Et clare sustinent ceteri, cū indistinctè loquantur.

16

Sed vt meam sententiā explicem, nulli dubium esse potest, viduam fornicantē non amittere filiorum tutelam. Quod eam non amittat, secundam vxorem ducendo: & ita nulla huius rei promissio exigitur ab ipso tutelam assumpturo. Tota autem difficultas est de vidua. Et quidem in foro externo accusatam de fornicatione, nō dubito fore priuandam tutela. Quia Doctores omnes, quos viderim id sentiūt (vt eos & non paucos retuli. n. præcedenti) quāuis non videam textum id clarè probantē (vt statim eos expendam.) Nec sit eadem suspicio dilapidationis bonorum ob fornicationem: sicut est ob secundas nuptias (vt nu. 14. probaui.) At sobolis educatione absq; dubio priuanda esset, ob malos mores. Cū in matre educante honestet morum petant iura, (vt probaui disp. 88. num. 16.) At non teneretur ab educatione se abstinere, donec iudex priuet, id enim nullo iure cauetur. Sed loquendo in foro conscientie, & ante iudicis priuantis tutelam sententiā, existimo eam non amitti per vitam luxuriosam, nedum per vnam fornicationem, aut tactus. Ducor, quod matri. matri & auia. C. quando mulier tutelæ officio, solū petitur à matre tutricæ

vt renunciet secundis nuptijs, & Velleiano, & l. 4. tit. 16. p. 6. idem solum petitur. & l. 95. tit. 18. part. 3. proponuntur verba instrumenti, in quo mater assumit filiorum tutelam, & solum dicitur. *La qual doña Vraca pœmetio, è iuro à mi fulano escriuano publico recibiente por el huerfano, de non se casar mientras touiesse sus bienes, è su sjo en guarda.* Quare. l. finalis. cap. quando mulier tutelæ officio, dum ait. *Iuramentum autem præstat quod ad nuptias non perueniat, sed pudicitiam suam intactam conferuet.* Non videtur velle fidem seruandæ castitatis dandam esse, sed videntur ea posteriora verba intelligi iuxta priora, id est, vt feruet pudicitiam intactam à secundis nuptijs. Siquidem videmus alia iura clarè solā abstinendam à secundis nuptijs postcensura. Et confirmatur, quia dato id statutum esse, hodie est certum solum promissionē abstinendi à nuptijs peti, vt constat ex textibus citatis: & ex praxi, de qua certior factus fui à iuris peritis doctissimis, & tabellionibus. Et fortius adhuc confirmo, quia quamuis similiter exigeretur promissio pudicitia intacta seruandæ, sicut abstinendi à secundis nuptijs, non deducitur ex eo textu amitti eo ipso tutelam, quod ea promissio violetur. Sed per secundas nuptias ideo ipso iure amittitur, quia est textus expressus (vt probaui disput. 88. num. 10.) At nullus est textus decidens amitti ipso iure per fornicationem. Nec obstat non esse plus tribuendū luxuriæ, quā castitati. Quia id ad fori externi pœnam spectat, quæ iudicis sententiā expostulat (vt latè probaui hac disput. numero. 11.) Quare concludo nullatenus peccare viduam inhonestam vitam agentem, retinendo filiorum tutelam, donec à iudice ea priuetur. Quod vel ipsa experientia testatur: nullus enim confessarius (quod audierim,) negauit absolutionem viduæ fornicanti, nec omittenti tutelam. Cū viduas in id crimen labi non rarum sit.

DISPVAT. NONAGESIMA PRIMA.

An pœnæ quas testatores in suis testamentis apponūt transeuntibus ad secundas nuptias, sint correctæ iure canonico; & quādo ex tacita mente testatoris, vel expressa, id legatū perdatur à cōiuge turpiter viuētī?

SYM-

SUMMARIUM.

Pona testamentaria secundis nuptijs imposita non corrigitur iure canonico. n. 1.
 An ea pene obligent in foro conscientie ante iudicis sententiam. n. 2.
 An conditio, cui usus fructus, vel aliud legatum relicta sunt cum conditione casu viuendi, vel alia non patens conditioni teneatur restitueret. n. 3.
 Quid, si fornicatio sit occulta. n. 4.
 Condicio excludens nuptias valida est in vtroq; foro, respectu vidue, vel vidui, qui prius matrimonium consummarunt. n. 6.
 Inheritus heres, vel legatarius sub conditione negatiua, quam cautionem debeat prestare, ut legatum capiat. Et conditione non seruata, an teneatur rem cum fructibus restituere. n. 6.
 Legato factio alicui, donec fuerit vidua, aut do nec casta, an teneatur, vbi non paruerit conditioni, restituere fructus ante ea perceptos? num. 7.
 Quid importent he conditiones, si vidua erit, cum vidua erit, si vidua manserit, Quodiu, Quousq;, vel Donec vidua manserit, Vidualiter vixerit, Vidualiter seruauerit, Si ate, vel manente vidua? Remissiuè. n. 8.
 An si conditio non sit perpetua, vt, Dū erit vidua, exigatur cautio. n. 9.
 An legato anno relicto sub conditione temporanea, debeantur fructus ultimi anni, quo cessat conditio. n. 10.
 An legatum sub conditione abstinendi a secundis nuptijs possit intra annum peti. n. 11.
 An usus fructus, vel alimēta relicta a viro vxori, perdantur ea secundū nuptia. n. 12.
 Quot questiones disputanda sunt. n. 13.
 An legatum sub conditione casu & honeste viuendi, amittatur per transitum ad secundas nuptias? Refertur duplex sententia. numero. 14. & 15.
 Proponitur Aulhoris sententia. n. 16.
 Quid, si legatum sub ea conditione relinquatur a filio matris? n. 17.
 Quid, si a filijs viri promortuis? n. 18.
 Quid, si ab alijs consanguineis viri. n. 19.
 Quid, si ab eo, qui erat arctissima amicitia viro coniunctus. n. 20.
 An eadem dicenda sint, si vxor, vel eius filij, aut consanguinei, aut filij viri relinquunt viro sub eadem conditione. n. 21.
 Quid, si coniux sic institutus non consummasset prius matrimonium? n. 22.
 Quid, si legatum sub conditione, si lectum memi custodierit, vel, Donec custodierit? num. 23.

Quid, si transeat ad tertias, & vltiores nuptias, an amittat legatum relictum ab extraneo sub conditione casu vitæ. n. 24.
 An viro legante vxori usus fructum, quantum transeat ad secundas nuptias, amittat illa legatum, si transeat ad vltiores. n. 25.
 Quid, si secunde nuptie repugnarent statui, aut etati viduæ? n. 26.
 An mulier ex quavis alia causa effecta infamis perdat hoc legatum. n. 27.
 Quid, si mulier nubat contra iuramentum, aut vorum non nubendū. n. 28.
 Quid, si secunde nuptie cederent in dedens relinquens legatum sub conditione casu, & honeste viuendi? n. 29.
 Solum argumenta. n. 30.
 Post n. 30. inuenies alia summaria.

In hac disputatione quædam certiora præmittenda sunt: atq; inde ad quaestiones aliquot disputandas gradum faciemus. Primum quidem præmittendum est, penas a testatoribus impositas in suis testamentis transeuntibus ad secundas nuptias, non esse iure canonico correctas. Quia. c. finale de secund. nupt. penas corrigēs loquitur de penis legalibus. Vt constat in illis verbis, *Legalis infamie sustinere iacturam.* Et paulo inferius, *Cum in his præsertim secularis leges non dignentur sacros canones imitari.* Nec est eadem ratio, quia penas legales auferunt lucrum, quod ipsæ leges nos deserunt. At testator auferit lucrum, quod ipsemet concedit. Et quilibet rei sue potest conditionem honestam apponere. Qualis est hæc: honestum enim est a secundis nuptijs abstinere. c. finali. 37. q. 1. Nec iure etiam ciuili reprobat. conditio retrahens a secundis nuptijs, quando primæ sunt consummate. (vt. nu. 5. dicemus. Et ideò docent Garronis rubrica. C. de secund. nupt. in noua editione, post nonam penam, num. 22. & rem edio quarto contra penas secundū nubentium. nu. 125. & l. 1. C. eodem tit. n. 133. fine. versic. aduerte tamen. Ioannes Lupus. l. 15. Tauri n. 5. in glo. n. 6. Gulielmus Benedictus. c. Raynuntius, de testam. verb. qui cum alia. n. 166. fine, & n. 197. Couar. 4. decretal. 2. p. c. 35. n. 11. Anthonius Cucus lib. 5. institutio maiorum, tit. 12. n. 190. Matia de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 19. n. 2. fine. Ant. Gab. to. 3. com. opin. lib. 3. tit. de secund. nupt. concl. 5. n. penult. Matieç. lib. 5. recop. tit. 1. l. 3. glo. 2. nu. 14. Spino Spec. testam. glof. 14. principali. n. 100.

Secundò præmittendū est, quantum regulariter sit penæ minime obligare ante iudicis sententiā, id fallere in pena a testatore adiecta, debetur enim statim ac incurritur, in foro conscientie, nulla expectata iudicis sententiā, aut exequutione. Quòd a nec verè, nec propriè rationem penæ subbeat, sed conditio sit sub qua, & non alias testator legare voluit. Quòd integrè illi est efficere. l. ab eo. C. de fideicom. cū similibus. Adde voluntatē testatoris omninò implendā esse. Quare sicut in alijs a testatore dispositis non desideratur iudicis sententiā, vt executioni mādentur: ita nec, ad penā sustinendā. Tandè quia inter heredē testamentarium, vel legatarium, ac testatorem, quidā inuitur contra huc, do vt des, vel do vt facias: qui firmus redditur herede, vel legatario acceptante relicta: ac proinde sicut acquirat dominū, & ius in illa, per acceptionem: ita suo se cōsensu obligarunt ad conditionē illā seruandā, eaq; non seruata restituendū, tanquam conditionis deficienti. Atq; ita tenet ex Iurispr. Abbas. c. Raynal. n. 25. de testam. Cremenfis linguar. 7. Sylu. verb. legatum. 2. fine. Armilla. verb. pena, nu. 1. Nauar. sum. latina. c. 23. n. 62. statim in principio. Et hispana. c. 28. addit. ad. n. 67. c. 23. Et vtraq; sum. c. 25. n. 65. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 8. n. 17. vers. vnde cimd. Mexia pragmatica panis, concl. 6. n. 107. Azeb. lib. 2. recop. in tit. 1. rubrica. n. 28. & lib. 5. tit. 1. l. 4. nu. 18. Gutier. q. canonicis, lib. 2. c. 5. n. 16. Cenedo colle. staneo. 15. 4. ad decretales. n. 9. & 10. Zauall. los. in. q. practicus. q. 151. n. 7. & ex Theologis, Caiet. sum. verb. pena. Sorus lib. 1. de iustitia. q. 6. art. 6. in solutio. ad. 4. statim in principio. Castro lib. 2. de lege penali. c. n. pag. penn. Palacios lib. 4. de contra. lib. cap. 5. col. 10. vers. secus est. Metina. 1. 2. q. 96. art. 4. column. 13. vers. præterea potest defunctus, fol. 878. Nieua sum. tit. 10. 4. ad finem Valentia. 1. 2. disputat. 7. q. 5. punct. 6. column. 17. vers. item intelligendum est, fol. 963. Enriquez lib. 13. de excomm. c. 56. nu. 2. in commento, litter. VV. Molin. tomo. 1. de iustit. tractatu. 2. disputat. 96. fin. Emmanuel Sañ in summa, verb. pena. n. 1. Salon. 2. 2. q. 62. art. 3. controuersia. 1. column. 5. vers. ita vidua. Graff. 1. p. decisio. lib. 2. c. 1. nu. 57. Ludouicus Lopez lib. 2. de contra. lib. c. 45. column. 3. vers. accedit etiam, & 1. p. infructuosij. cap. 295. col. 13. Beia in sua summa, casu. 4. 1. vers. nihilominus tamen. Man. 1. tomo. summa. 2. edi-

tion. c. 96. n. 4. Philarcus de officio sacerdotis, tom. 2. p. 2. lib. 6. c. 22. vers. maritus vxorem. Vega. 2. tomo summa. c. 32. casu 9. & 1. tomo. c. 94. casu. 2. ad finem. Hinc deducitur, conueniunt, qui usus fructus, vel aliud legatum relicta sunt, hæc lege, vt casu viuat, teneri in conscientie foro yltimum fructum, ac legatū restituere defuncti hæredibus, si castitatem violat. Quod expresse colligitur ex auct. cui relictum C. de iudicia vidui, vbi sermone habito de persona, cui relictum est sub conditione non transeundi ad secundas nuptias, & transijt, sic dicitur. *Contractis nuptijs res data vendicari potest quod sic admittitur, ac si relictum, vel ordinatum non esset.* Et ita docent Caietanus, Sylu. Castro, Nauarrus vtroq; loco. Corrub. Metina, Henriquez, Molina, Salon, Beia, Ludouicus Lopez vtroq; loco. Mexia, Graffis, Manuel, Palacios, Gutierrez, Cenedo, Philarcus, Vega vtroq; loco, allegati, nu. præcedenti. Azebedo lib. 5. recop. tit. 1. l. 4. nu. 18. Atq; idem dicendum est, si sub conditione hæres instituitur, nam vbi conditioni non paruerit, teneatur in vtroq; foro hereditate restituere. Quòd militent rationes, num. præcedenti adductæ. Et docent Cremenfis, Couar. Castro, Molina, Palacios ibi allegati. Nec refert quantumvis occultè non præceat conditioni, sed violat castitas. Quia cū non sit pena hæc ad fori externū pertinēs minime petit delictū probari posse. Itē quia deficit tunc relictu ex defectu voluntatis testatoris, qui noluit legare violanti conditionem. At reuera violatur, ac proinde deficit voluntas testatoris, quantum id occultissimum sit. Succedet ergo obligatio restituendi relicta sub ea conditione. Et ita docent Caiet. sum. verb. pena, ad finem, & ibi Armilla. n. fin. Lara. l. si quis a liberis. §. si quis ex his, nu. 147. & sequentibus, & maxime, nu. 147. ff. de liberis agnos. Azebedo lib. 5. recop. tit. 1. l. 4. nu. 19. Cenedo colle. staneo. 15. 4. ad decretales. n. 9. Henriquez, Beia, Philarcus, Vega vtroque loco, allegat. n. 2. & fauent reliqui iurisperiti: quia indistinctè loquuntur. Vnde non est audiendus Minchaca de successio num progressu, in præfatione libri. 1. n. 98. ad finē, qui singularis contra omnes, quos viderim, sustinet contrarium. Et dicitur ex penamur legalū similitudine, que minime incurruntur, quamdiu delictum latet. Sed diuersa est ratio, quòd hæc perti-

neant ad forum externum: ac iudicis sententia indiget, qui eam ferre nequit, ubi delictum non probatur. Quare non fauet eius sententia Pinellus. l. vltim. num. 4. C. de bonis matern. ubi discutens an vidua luxuriose viuens amittat privilegia, & honores mariti, sustinet partem negantem, nisi palam inhonesta sit. Quia hęc quoque pœna est legalis, ac fori externi sententiã desiderans.

5 Tertiõ prœmittendũ est, conditionem excludentem nuptias rejici quidẽ, quando is, cui imponitur, nunquam matrimonium iniit, aut inritum minime consummauit: secus quando semel iniit, & cõsummauit. Et hoc in vtroque foro procedit. (vt probauit lib. 1. disp. 34. n. 30. iuncta disp. 33. num. 1. Quare in vtroque foro valebit conditio nõ transeundi ad secundas nuptias, viro, vel vxori imposita, qui primas consummarit. (vale enim appõsta non solum viduz, sed etiam viduo (vt cum cõmuni probauit contra Paulum, eadem disp. 34. nu. 31.) Quare Matienço lib. 5. recopil. tit. 1. l. 3. glosa. 2. num. 14. oprimẽ dicit, virum, cui vxor legatum reliquit, sub conditione non transeundi ad secundas nuptias, illud amittere transeundo.

6 Quartõ prœmittendũ est, qualis cautio desideretur ad capiendã legatã sub his conditionibus relicta. Quoties aliquis instituitur hæres, aut legatarius, sub conditione negatiua, vt si non secundõ nupserit, si castitatem seruauerit. (hęc enim quamuis appareat affirmatiua, at vere est negatiua, perinde enim est, ac si fornicationem non commiserit:) quia hæc conditio integrẽ seruari nequit ante instituti mortem, donec enim superstes est, potest illi contrahere, ideõ iure cautum est, ne hæreditatis, aut legati traditio differatur, ea esse tradenda post testatoris obitum, præstare hærede, vel legatario cautionem eã restituenti cum fructibus omnibus ab initio perceptis. l. Mutiana, & l. hæres meus. §. qui post Mutianam, & §. quanuis. ff. de condi. & demonstrat. l. cõ filius. §. qui Mutianam ff. de legat. 2. l. regia. 7. tit. 4. p. 6. Vbi Gregor. Lopez. verb. No quis fieri, & Molin. to mo. 1. de iust. tractatu. 2. disp. 206. col. pœnul. vers. quando aliquis, dicunt sufficere iuramentum, quando quispiã præ paupertate fideiussori præstando nõ est. Et ibi vterq; tractat & d. Acosta lib. 2. selear. c. 5. quale privilegium habeat libertas, & cautio pia sub prædictã conditione legata nec cau-

tio dari potest. Appellatur autem cautio hæc Mutiana, quia à Mutio introducã est. Quare hæres, vel legatarius postea nõ parens conditioni, tenetur restituere rem cũ fructibus inde à principio perceptis. Quõd conditio nõ seruata fingatur retro cum legatario, vel hæredem non fuisse. Sic habetur expressẽ auct. cui relicta. C. de indicta vidui. ibi. Quod sic admittitur, ac si relicta non, vel ordinariam non esset. Et notant ibi Paulus, nu. 4. l. ason. n. 7. & reliqui scribentes. Molina lib. 2. de primog. c. 12. nu. 21. Mantica de coniect. vltimẽ volũt, lib. 1. tit. 19. n. 22. alter Molin. tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 207. col. 2. vers. postea de iure. & addit benẽ Mant. eo. n. 22. quãuis sit animum legatum, restituenda esse omnia percepta. Imõ nõ solos fructus percipit, sed etiã percipiendos tenetur hęc restituere. Vt cũ alijs docent Molin. eo. cap. 12. n. 21. Mantica eo. n. 22. Atq; teneri etiã hunc restituerẽ fructus, qui potuerunt percipi, tradit Paulus, & l. ason proxime relati, quõd fingatur hunc retro fuisse prædonẽ, ac male fidei possessorẽ. At hoc non ita vniuersaliter tenendũ est: sed quoad forõ cõfessionis temperandum est, quãdo eos fructus, qui percepti non sunt, verẽ percipisset, cui sunt restituendi. Quia in foro animã possessor male fidei nõ tenetur ad fructus, qui percipi potuerũt, si dominus non erat percepturus, sed ad solos fructus à domino percipiendos, vt cũ alijs benẽ docent Angelus, verb. restitutio. 1. vers. quis dicitur male fidei possessor. Metin. q. 6. de restitut. in solutione ad 2. Couar. regula peccatum. 2. p. §. 6. n. 4.

7 Hęc tamẽ intellige, quando conditio negatiua est perpetua: vt si nõ nupserit, si castitatem seruauerit: secus est, quando est conditio distributiua. Vt si alteri personẽ legatur, quãdiu, vel quousq; , vel donec vidua fuerit, vel castitate seruauerit: in hoc enim euentu conditio diuiditur, ita vt fructus perceptos diuidua fuit, vel castitate seruauit, nõ teneatur restituere, secus de perceptis postquã conditioni non paruit. imõ neq; si fundus esset legatus, restituet fructus perceptos eo tempore, quo conditionem impleuit. Vt colligitur ex l. filia. ff. de annuis legat. & arguuntur ex l. pater Senerinam, si vltimo. ff. de condit. & demonstrat. & docent Baldus. l. cõm filius. §. qui Mutianam nu. vnico, & ibi Immola ad finem. ff. de legat. 2. Salyceus. l. final. n. 3. C. de indict. vidui. A ymõ conf. 300. n. 5. vers. tertio dubi-

catu.

tatur. Ruius conf. 170. n. 2. sine, volumine. 3. Nata confil. 159. num. 17. Alciatus. l. Stichum. n. 12. vers. existimari. ff. de legat. 2. & rubr. ff. solut. matrim. n. 13. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 2. nu. 14. & lib. 11. tit. 19. nu. 22.

8 Vtrum autem hæc verba, Si vidua erit, vel cum vidua erit, Si vidua remanserit, Quãdiu, Quousque, Donec vidua remanserit, vel Viduitatem seruauerit, vel Vidualiter vixerit, vel Stante, vel Manente vidua, efficiant eundẽ sensum, & inducãt conditionẽ perpetuã, an solum ad tempus? Consultatur Mantica eo tit. 19. n. 17. vsq; ad 28. Menochius de præsumpt. lib. 4. tota præsumptione 187. Et quõs ipse allegat.

9 Vnde quando conditio est distributiua, vt Donec castitate seruauerit, nulla opus est cautio. Quia fructus ante violationẽ conditionis percepti legitime acquiruntur: percipiendos postea capiet is, qui successurus est, non impleta conditione. Quare cum legatarius ille nil percipiat, quõd restituerẽ teneatur, non est cur cautio nem præster. Sic Salyceus. l. final. n. 3. C. de indicta vidui. Ruius confil. 170. n. 2. in fin. volum. 3. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 19. n. 12. ad finem.

10 An autem relicto anno legato sub hac conditione temporanea, ac distributiua, debeantur fructus vltimi anni, quo cessat conditio: vt si vidua instituta sit in annuo legato, donec nubat, vel dum non nubit, an dandi sint illi integri fructus illius anni, quo nubit? Discordant Doctores: nam Immola. l. cum filius. §. qui Mutianam. n. vnico. ff. de legat. 2. & Acosta lib. 2. Selear. c. 18. nu. 4. sentiunt non deberi ei fructus eius anni, quo nupserit. Secus (inquit Acosta) relato Signorolo, quando obiit initio anni. Quia cũ tunc per ipsam non steterit, debetur integrum eius anni legatum. Sed verius est, in quocunque euentu deberi viduæ illi fructus eius anni, quo nupserit. Quõd initio cuiusvis anni spectetur, an conditio exiterit, sufficitque eam per momentum extitisse. (Vt probauit lib. 1. disput. 33. n. 15.) Quare in legatis annuis sat est ceptum esse, vt debeatur integrẽ legatũ. l. filia, & l. a nobis. ff. de annuis legatis. Sic tenent Albericus. l. defuncta. n. 3. ff. de usufruct. & quemadmodum quis vtatur. l. ason. l. diuortio. in principio. n. 7. ff. solut. matrim. Signorolus confil. 66. Mantica de coniect. vltimã volunt. lib. 10. tit. 2. n. 14. Quõd intelligit Mantica eodem n. 14.

cum Bartolo. d. l. a nobis, & Croto. l. nemo potest. num. 54. in fine. ff. de legatis. 1. quãdo annuum legatum simpliciter relictum est: nam si respectu alicuius facti à legatario exequendi, debebitur quidem legatũ pro quoto anni parte, quã legatarius id pactum expleuit.

11 Quintõ præmitto, legatum relictum à coniuge, vel à quocunque extraneo, sub conditione nõ transeundi ad secundas nuptias, minime deberi, quãuis cautio præster, donec elabatur annus à testatoris morte numerandus: nisi spes nuptiarũ deficiat. Vt latẽ diximus disp. 87. n. 29.

12 Vltimõ præmitto, legatũ à coniuge absolute relictum cõiugi, minime amitti per transeuntũ ad secundas nuptias. Quia absq; conditione relictum est: ac nullo iure cauetur id amitti, nisi quando vidua intra annum lucus secundõ nuberet. Atque iudice iure canonico correctũ esse probauimus disp. 87. n. 24. Et vltra Doctores statim allegandos id fatentur Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 9. nat. Acosta l. cũ tale. §. si arbitratu, limitatione finali. n. 32. ff. de condit. & demonstrat. Aretin. confil. 40. n. 2. vers. circa secundã. Hyppolit. singulari. 177. in fine, & l. vnica. n. 186. C. de rapr. Virg. Mantica de coniect. vlt. volũt. lib. 10. tit. 5. n. 21. Cephal. confil. 300. n. 14. vsq; in fine, vol. 5. Azebedo lib. 5. Recop. tit. 1. l. 3. n. 2. Quõd procedit, licet ea conditio ad tertias, & vltiores nuptias transferat. Vt cum Cephalo ibidem docet Sordus de alimentis tit. 7. q. 23. num. 18. De usufructu autem, & alimentis legatis, est aliquis difficultas. Quidam enim existimant ea deperdi, si trãseat ad secundas nuptias. Quõd id legatũ continet tacitam conditionem, quanuis à viro non adiciatur, si mulier manserit in domino viri. Quã conditio excludit secundas nuptias. (Vt dicemus nu. 54.) Sic docent Berolius conf. 32. n. 9. volum. 2. Ferrara in sua practica, tit. de forma libelli, quo petitur dos restitui, glossa donec vitam, col. 2. Berthacinus in suo repertorio, litera V. verb. vsus fructus finitur morte, vers. vsus fructus simpliciter relictus. At contrarium prorsus dicendum est. Tum, quia eã conditionem tacitẽ inesse nullo iure probatur. Tum etiam, quia si cætera legata non perduntur eo transitu, cur legatum vsus fructus, & alimentorum, quę sunt pleniora, ac pluribus fauoribus iure afficiunt, perdedenda sunt? Atque hæc partem nõ obscure videtur sentire Doctores, quos num. 48.

refe.

referam, dicentes legatū hoc perdi, quando adiecta esset conditio habitandi cū filiis: quasi contrarium sentiat ea non adiecta conditione. Et in proprijs terminis docent Paul. de Montepico. l. Titia. §. Titia cū nubet. q. 64. n. 64. ff. de legat. 2. Garron. rubric. C. de secun. nupt. in 2. editi. n. 36. p. 16. Ripa. l. femina, in principio, in noua editi. n. 56. q. 21. C. de secun. nupt. Surdus de aliment. tit. 7. q. 23. nu. 6. & seq. Antonius Gab. tom. 3. commun. opin. lib. 3. tit. de secun. nupt. conf. 1. n. 43.

13 His præmissis, sex quaestiones disputanda sunt. Prima, an legatum sub conditione castitatis & honestatis viuendi amittatur per transitū ad secundas nuptias? Secunda an per vnicū fornicationē? Tertia an per amplexus, & alios tactus? Quarta an legatū sub conditione abstinendi a secundis nuptijs, & dependitur per fornicationē: vel transitū ad secundas irritas, aut non cōsummatas? Quinta an legatū sub conditione commorandi cum filijs, amittatur per secundas nuptias. Ultima, legatum feminis maritatis, quibus possit dari?

14 Quaestio prima. An legatum reliquū sub conditione castitatis & honestatis viuendi, amittatur per transitū ad secundas nuptias? Triplex est sententia. Prima tenet vxorem cōsequi id legatum sub ea sibi conditione relicto a viro, quamuis secundū nubat: vnde vt excludatur, debet expressè dici in legato, dummodo vitam vidualem seruauerit. Dicitur, quod secundae nuptiae sint castae. c. Nicena. d. 31. quod desumptū est ex tripartita Historia, lib. 2. c. 14. vbi refertur Paphnutium sic dixisse: *Honorablem consensu nuptias, & castitatem, esse ducens.* Aque Synodus eius sententiam laudauit, vt ibi refertur. Et mulier, §. cū proponere tur. ff. ad senat. consul. Trebel. ibi. *Mulieris pudicitia congruit.* Vnde. D. Tho. 2. 2. q. 154. ar. 3. corpore, docet virginitatem excludere quemque; actum venerit, etiam licitū: castitatē autem solum illicitum. Secundo, quia imputandū est marito, quod legē suam inrestramēto nō apertius explicuerit, dicēs si vitā viduālē seruauit. Iuxta ea quae habentur. l. veteribus. ff. de pactis. Et ideo hanc amplectitur Oldradus, quē refert, ac sequitur Bart. eo. §. cū proponeretur. n. 5. & auth. de non eligēdo secundū nubētes. §. cū igitur. n. 1. & l. vltim. in fin. c. de indicta viduit. Abb. c. quod d. re. n. 3. initio, de clerici. coniug. & c. vt clericorū. n. 5. de vita & honest. clerici. Alberic. l. fin. n. vnic. C. de

bonis mater. Iacobus de Aretio, & Rainorius (prout eos refert Anton. Gom. nu. 16. allegandus) Hyppol. singul. 57. Felin. c. si cautio. nu. 40. vers. & hinc est quod licet, de fide instrum. Armill. verb. legat. nu. 34. Euerardus in suis topicis, loco ad viginationis. n. 9. verb. 17. Caffillo. l. 15. Tauri nu. 1. column. 3. vers. quod est verum. Mincha. de success. progressu. lib. 3. §. 27. n. 29. versic. & nostra sententia. Et ex Theologis, Molina tomo 1. de Iust. tra. 2. disp. 207. col. 4. Ludo. Lopez lib. 2. de contracta. c. 45. col. 2. vers. tamen verior est. Vega. 2. tomo summa. c. 32. casu. 9. Et videtur eam tenere Emmanuel Sa in sum. verb. legat. n. 43. cum hoc refertur in vltim. loco. Et hæc sententia est probabilis. Limitatur tamen, nisi de testatoris voluntate, aut communi vsu loquendi habenti per ea verba excludi nuptias, aliud apparet. Sic Bart. eo. §. cū proponeretur. nu. 4. Abb. d. c. quod d. re. nu. 3. Armilla, & Vega proximè allegati. At dum non probatur is communis loquendi vsus, ait Barr. d. §. cū igitur. n. 1. standum esse prædicta sententia.

15 Secūda sententia sic distinguit, si testator erat doctus, qui secundis nuptijs castitate inesse nosset, nō amitteretur legatū. Secus si esset simplex, quē id latebat. Ita sustinetur aliqui quos tacito nomine refert Rosell. verb. adulter. n. 6. dicēs ita posse dici.

16 Tertia sententia (cui tanquam multo probabiliori adhæreo,) sustinet eam conditionem appositam a viro vxori excludere secundas nuptias, atque ad eam per illas amitti legatū: secus si apponatur ab extraneo nullatenus cōiuncto priori viro, aut à parētibus, alijs ve consanguineis ipsius viduae trāseuntibus ad secundas nuptias. Probatur prior pars. Quia ex personis dicta pēfanda sunt. l. fin. in fin. ff. de action. & obli. Ergo cū viris sint odiosæ valde secundae nuptijs vxoris (vt ostendimus disp. 89. n. 2.) merito, ac iure optimo ea verba ex me te personę proferentis accipienda sunt de omnimoda castitate; & nō de sola illa, quæ secundis nuptijs inest, ac grauior ipsi viro infesta est. Secūdo, quia vltimas testatoris tacita, ex coniecturisquē deducta, habetur pro expressa, & attendenda est. l. in condition. primū loc. ff. de condi. & demon. l. cū acutissimi. C. de fideicom. l. pen. ff. de legat. 1. l. fidei. §. itē si quis. ff. de lega. 3. l. cum proponeretur, in fin. & l. qui solidum. §. 1. ff. de legat. 2. At ex odio viri ad secundas vxoris nuptias, apertè conicitur

tacitam

tacitam eius mentem poscentis vitam castam, & honestam vxoris, esse de castitate sibi gratissima; quæ nuptias secundas excludit. Et confirmatur, quia licet secundae nuptiae sint in se castae, & honestae; & ita vidua secundū nubens dicatur secundum se re hæc considerata, castitatis & honestatis viuere: at non habent eam castitatem, quæ decet virum relinquente legatum, & quam ipsum velle præsumitur. Quare ex tacita testatoris voluntate corrumpitur id legatū. Tertio, quia per ea verba videtur vir velle sibi fidem seruari, ac iura prioris coniugij inuoluntate persisteret. At secundū nubens non dicitur fidem seruare priori cōiugi. §. cū igitur, pauld ante vers. in autem, auth. de non eligēdo secundū nub. ibi. *Seruent inuoluntatem mortuorum thorum.* Quod optimè docuit Philostratus in vita Apollonij, lib. 3. asserens hanc vxorem iura coniugij violare. Ad quod probandū plura alia adducit Tiraquell. l. boues. §. hoc sermone, in principio num. 146. & sequentibus. ff. de verb. signif. Tandem partem hanc probant aliae rationes, quas num. 33. asseram, ad probandum aliud simile. Posterioriorem autem partem probant rationes prioris sententiæ relatae num. 14. Quia secundae nuptiae non sunt in se impediæ, sed castae, & honestae: ac proinde ex vi illorum verborum non excluduntur; nec etiam ex tacita voluntate testatoris, quia consanguinei viduae non offenduntur ex secundis eius nuptijs, imo gratæ illis sūt, nō dedecore afficiatur turpi viduæ vita: & vt parētela dilatetur. Et ideo hanc sententiam sustinent Baldus. l. cū filius. §. qui Mutianam num. vnic. ff. de legat. 2. & l. Deo nobis, in principio num. 9. C. de Episc. & cleric. & l. vnica num. 15. C. de raptu virg. & l. finali num. 4. C. de indicta viduit. Et ibi Albericus num. 8. dicens sic consuetudine fortuari. Salycetus ibi. nu. 5. Iason. num. 32. Corneus num. 2. sine. Et idem Corneus relato Benedicto de Plumblis. l. legem Iuliam. num. 2. sine. C. eodem tit. Paulus consil. 1. ad finem, volum. 2. & l. mulier. §. cū proponeretur. num. 5. ff. ad Trebel. Et ibi Angelus de Perusio nu. 3. & 4. Et ibi Immola num. 3. Alex. num. 5. 6. & 10. Idem Angelus. l. iustitia. §. iuris præcepta num. 1. ff. de iust. & iure, & auth. de non elig. secundū nub. §. cū igitur num. 17. Idem Immola. d. l. cū filius. §. qui Mutianam, in fine: & cap. quod d. re. num. 7. de cler. coniug. vbi Anchar. num. 8. statim in principio. Felinus in proemio decretalium

§. in glossa 1. num. 7. Præpositus cap. Nicena num. 4. d. 3. r. Antonius Fraciscus ad dit. ad Abbatem. c. vt clericorum num. 5. de vita, & honest. clerici. Ripa rubrica. C. de secun. nupt. num. 13. vers. contrarium videtur verius, in noua editione. Garronis eadē rubrica, in noua editione num. 105. p. 16. 68. Gulielmus Benedictus latissimè. c. Raynuntius, de testam. verb. qui cum alia, à nu. 17. vsq; ad 210. Tiraquellus. l. boues. §. hoc sermone, in principio num. 149. ff. de verb. signif. Nicolaus de Vbaldis de succ. ces. ab intestato 2. par. num. 13. vers. postea decidi etiam quaestio (habetur 8. tomo tractat. p. 1.) Berouis cōf. 30. nu. 4. vol. 1. Bermondus de publicis cōcubinarijs. §. concubinam demittat num. 8. Nicolaus Fabianus in quaestione quadam de huiusmodi legatorum num. 8. quæ habetur tomo 9. tractatum. Angelus de Gambellionibus, tractatu de testamentis, glossa 46. nu. 1. & 2. (habetur tom. 8. tractatum. p. 1.) Rosella verb. adulterium num. 6. Sylu. verb. legatum 149. §. num. 9. Berachinus in suo repertorio, littera L. verb. legatum vxori verb. legatum vxori factum sub conditione: & verb. legatum conditionale vers. legatum vxoris; & littera V. verb. vxor usufructuaria vers. vxor vi usufructuaria. Gomez Arias. l. 13. Tauri num. 23. Durandus de arte testandi, in tit. 6. cautela 39. num. 4. Claudius Aquedus. l. mulier. §. cū proponeretur num. 1. ff. ad Trebel. Couar. 4. decret. 2. p. cap. 3. §. 9. nu. vltimo. Antonius Gomez. l. 14. Tauri. nu. 9. Gregor. Lopez. l. 1. verb. d. mas. tit. 12. p. 4. Villalobos in commun. opin. littera V. verb. vxor. num. 126. Mantica de coniecturis vltimæ volunt. lib. 1. tit. 19. num. 54. Lara. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. num. 147. ff. de liber. agnos. Ludouicus Lopez 2. p. instrum. vbi de matrim. cap. 41. col. luma 5. vers. deniq; vltimò dicitur. Idem tenet loquentes in casu quo vir dixerit: si in domo mea castitatis & honestatis vixerit, Ripa minimalis consil. 532. num. 10. volum. 5. Et Perez lib. 5. ordinamētū tit. 2. l. folio 79. vers. queri etiam potest legatum esse factū in quo casu dicit Mantica eodem tit. 19. num. 31. absq; omni dubio vxorem amittere id legatum. Eandem tenet Zualios in suis 4. pract. q. 151. nu. 3. & loquens de filio leganti tenet Spino num. sequenti allegandus.

Vtraque pars huius sententiæ quibusdam modo dixit dicitur, & alijs restringitur. Prior pars, nempe, vt conditio illa, si honestas, &

Q q castit

caste vixerit, excludat secundas nuptias, quædo opponitur à viro, extenditur vt idè dicendum sit, quando filij legat sue matri. Quod similiter ex secundis nuptijs offendatur, ac dedecori illis sint. (vt probauit dif. 89. nu. 2.) Atq; ita extendunt Paulus. l. mulier. §. cum proponeretur n. 5. ff. ad Terbel. Et ibi Immola nu. 5. Alex. nu. 6. & 10. Angelus de Perusio nu. 4. & §. cum igitur nu. 17. auth. de non ehg. secundò nubetes. Præpof. cap. finali, ad finè, de secund. nupt. Garronis rubrica. C. de secund. nup. in noua editione nu. 105. pœna 68. Angelus de Gæbellionibus tra. de testamentis, gloss. 46. nu. 2. Antonius Gomez. l. 14. Tauri nu. 9. Spinò Speculo testamentorum, glossa 14. principia nu. 94. in u. no. 99. Quod idè colligitur ex Doctõribus nu. sequenti allegandis, qui indistinctè dicunt eam conditionem à filijs appositam excludere secundas nuptias.

18. Secundo extenditur eadem prior pars, vt idem sit, ea conditione appoita à filijs viri præmortui. Quod iniuria parèti illata ob secundas nuptias, in ipsos quoq; redunt. Quod significant quidam indistinctè dicentes amitti id legatum per secundas nuptias, quædo cõditio apponitur à filijs. Cui enim vniuersaliter, ac indistinctè loquatur, possunt intelligi de filijs coniugis transeuntis ad secundas nuptias, ac de filijs coniugis præmortui. Hi sunt Angelus. l. iustitia. §. iuris præcepta nu. 1. ff. de iustit. & iure. Præpofitus. c. Nicena. n. 4. d. 31. Nicol. de Vbaldis de successione ab intestato. n. 13. vers. postet etiam decidi. Gulielmus Benedicius cap. Raynuntius, de testam. verb. qui cum alia nu. 171. & 227. Rosella verb. adulterium nu. 6. Sylu. verb. legatum 1. q. 5. nu. 9. Mantica de cõie. vltimæ volunt. lib. 11. tit. 19. nu. 31. Atq; in proprijs terminis docent Garronis rubrica. C. de secund. nupt. in noua editione nu. 105. pœna 68. Couarr. 4. decretal. 2. p. c. 3. §. 9. n. vltimo. Zauallus in suis. q. pract. q. 151. nu. 3. Ludouicus Lopez 2. p. in struct. vbi de matrim. c. 4. r. col. 5. vers. deniq; vltimo dicitur.

19. Tertio extenditur eadem pars, si cõditio illa apponatur à cõsanguineis viri præmortui. Quia ipsorum aliquatenus interest prospicere iniuriæ inferendæ per secundas nuptias viro præmortuo. Item, quia ius secundis nuptijs tristitia afficitur: eò quod prioris viri memoria deleatur, atq; amicitia ex affinitate cum ipsis cõtracta ferè cesset, ac extingatur: & transferatur in poste-

rioris coniugis cõsanguineos. Quam partem non obscure significant Doctores nu. 16. allegati, dum solum voluit non excludi secundas nuptias, quando ea cõditio apponitur ab extraneo, vel à cõsanguineis ipsius viduæ. Et ferè expresse hanc partem sustinet Couar. num. præcedeti allegatus, dum ait prædictam conditionem adieciã à patre viduæ, alio ve extraneo, qui non esset prioris viri cõsanguineus, minimè excludere nuptias: quasi clarè sentiat secus esse, si à cõsanguineis viri præmortui. Et in proprijs terminis tenet Ludouicus Lopez nu. præcedenti relatus.

20. Quarto eadem partè extendere, quando apponeretur cõditio ab eo, qui erat arctissima necessitudine priori viro coniunctus. Et fauèr Doctores nu. 15. allegati, qui dicunt à penitus extraneo, in quorum numero minimè computandum esse, arctissima necessitudine coniunctum nemo dubitabit. Potestq; id probari ex ijs, quæ adduximus lib. 4. dif. 4. nu. 9. ad probandum inferri timorem viri cõstantis ex graui malo cõminato persone arctissima amicitia deun. & cum contrahenti: instar mali ipsimet comminatio.

21. Vltimò extèditur, vt eadem prorsus dicenda sint, si vxor, vel eius filij, aut cõsanguinei, aut arctissima amicitia cõiuncti, aut filij ipsius viri legatũ relinquunt viro sub ea conditione, si caste, & honestè vixerit: id enim amittet vir transiens ad secundas nuptias. Quia similiter ij offenduntur ex secundis viri nuptijs, & quasi cõiuncto illa, & amicitia ex prioribus nuptijs cõtracta tunc extinguntur. Huius sententiæ videtur Paulus à Montepico. l. Titia. §. Titia cõnuberet. nu. 166. ff. de legat. 2. vbi referens Paulum. l. finali. C. de indiã vidui. dicentem transeuntem ad secundas nuptias non amittere legatum relictum ab vxore sub cõditione castè, & honestè viuendi, vel abstinenti à secundo matrimonio: ait esse peregrinã decisionè, & valde dubiã. Quare ipse in cõtrariã partem inclinat, licet cogitandum relinquat. Nec obstat ea Pauli de Castro doctrina, quia vult ipse non valere conditionem abstinenti à secundo matrimonio appositã viro, secus quando vxori: ac in hoc dispares eos efficit. Quia ea dissectia communiter à Doctõribus rejicitur: ac eos pares faciunt. Vt dixi nu. 5.

22. Temperantur autem prædicta, nisi coniux, cui legatum sub prædicta conditione castè, & honestè viuendi, minimè cõsum-

masset

masset prius matrimonium: tunc enim ea cõditio non excluderet secundas nuptias. Quia cõditio illa nuptijs interdicens respectu huiusmodi coniugis vidui est nulla, & rejicitur. (vt probauit lib. 1. dif. 34. n. 29. & 30.) At in dubio ea interpretatio sumenda est, ne actus corruat. l. 3. ff. de testam. m. lit. l. quoniam. ff. de reb' dubijs. Quod ad eò verum est, vt clausula testamèti, quæ alioquin ad omnia præcedentia non referretur, referatur tamen ex præsumpta testatoris mente, vbi aliã dispositio redderetur inutilis. Vt cõsilijs probat Menochius de præsumpt. lib. 4. præsumptione 180. n. 36. & ibi à nu. 32. refert alia in quibus receditur à regulis iuris, ex præsumpta testatoris mente, ne dispositio irritetur.

23. Similiter de his viri sentiendum est, quando coniux legat coniugi sub hac cõditione, si legatum meum custodierit, vel donec custodierit, per ea enim censetur exclusã secundæ nuptiæ: ac proinde alteruter coniux ad eas transiens illud amittet. Quia tunc non seruatur inuiolatus thorus prioris viri. Vt probauit nu. 16. Sic tenent Paulus à Montepico. l. Titia. §. Titia cum nuberet. q. 64. nu. 165. ff. de legat. 2. Mantica de cõiecturis vltimæ volunt. lib. 11. tit. 19. nu. 25. Nec audiendus est Albericus. l. finali nu. vnicò. C. de bonis matern. vbi ait non perdi id legatũ per nuptias, sed quando illicite violatur castitas.

24. Posterior etiam pars nostræ sententiæ, inquitũ habet non excludi nuptias secundas, per conditionem castè, & honestè viuendi, quando apponitur à cõsanguineis coniugis ad illas transeuntis, vel ab alio extraneo, intelligitur vt solæ secundæ nuptiæ non excludantur. Quare coniux transiens ad tertias nuptias illud amitteret. Quia tertias, & vltiores nuptiæ à castitate deficiunt, atq; incontinentiã signum sunt. Sic Paulus. l. mulier. §. cum proponeretur. n. 5. ff. ad Terbel. Angelus ibi nu. 4. Hyppolutus singularit 577. sine. Felinus. c. l. cautio nu. 40. vers. & hinc est quòd licet, de fide instrum. Romanus. d. l. mulier. n. 9. Parisius consilio 190. n. 9. volum. 4. Sylua nuptialis lib. 2. verb. seu non est nubendum nu. 35. Rosella verb. adulterium nu. 6. Sylu. verb. legatum 1. q. 5. nu. 9. Et explicat Angelus, quicunq; sit testator. Quamuis alij id non explicant, sed indistinctè loquuntur. At contrariũ tenendũ est. Nam iure canonico omnes nuptiæ approbatur, & honestè fut. Et ita subsistent, Immola. d. l. mulier. §. cõ-

proponeretur nu. 5. & ibi Alex. n. 10. Ripa rubrica. C. de secund. nuptijs, in noua editione. nu. 13. vers. contrarium videtur veritus. Gulielmus Benedicius. C. Raynuntius, de testam. verb. qui cum alia, à nu. 221. vsq; ad nu. 228. Euerardus loco à vi geminatio nis nu. 6. verbi. 17. Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 9. in fine. Antonius Gomez. l. 14. Tauri, in nu. 9. sine. Greg. Lopez. l. 1. ver. d. mas. tit. 12. p. 4. Mantica de cõiect. vltim. volunt. libro 11. tit. 19. nu. 32. sine.

25. Hinc deducitur, legatum vltimæ voluntatis, vel alimentorum, relictum vxori à viro, expressa conditione, quamuis transeat ad secundas nuptias, non amitti per transfirũ ad tertias, & vltiores. Vt probauit hoc lib. disput. 89. nu. 54.

26. Secundo limitatur eadè posterior pars: nisi secundæ nuptiæ ita repugnentur etati, aut statui viduæ, vt merito in cõmuni prudentium æstimatione, reputarentur inhonestæ, ac eius famam denigrantes. Vt si vidua sexagenaria esset, vel assumptis iam tertij ordinis. D. Fracisci nuberat. Cùm enim ex nuptiæ sint in honestatè: meritò ad eas transeundo, non censeretur paritũ conditioni castè, & honestæ vitæ. Atq; ita docet Alexander. l. mulier. §. cum proponeretur nu. 6. & 10. ff. ad Terbel. & ibi Claudius Aquensis. nu. 1. Gulielmus Benedicius. C. Raynuntius, de testam. verb. qui cum alia nu. 213. Mantica de cõiect. vltimæ voluntatis, lib. 11. tit. 19. n. 33. dicens id esse verum, à quibuscũq; personis hæc cõditio apponatur.

27. Imò si mulier quacũq; alia ex causa efficiatur infamis, etiam propter delictum damnata, dici potest honestè viuere, vt id legatum consequatur. Sic Paulus de Montepico. l. Titia. §. Titia cum nuberet. n. 169. q. 68. ff. de legat. 2. Mantica eodem tit. 19. in fine.

28. Similiter si femina iurasset, aut vouisset se à secundis nuptijs abstenturam, non dicitur castè viuere transiens ad secundas nuptias, ad obtinendum id legatũ à quocũq; relictum. Ita docent Angelus auth. de restitutione, & ea quæ parit. §. vnum num. 8. vers. ibi castitate. Antonius Franciscus addit ad Abbatem. c. v. clericorum nu. 5. de vita, & honest. cleric.

29. Tandem limitatur eadè posterior pars: nisi secundæ nuptiæ cederent in dedecus relinquentis legatum sub cõditione castè, & honestè viuendi: tunc enim per illas perderetur. Vt si cõsanguineus viduæ legat illi sub ea conditione, & ipsa nubat perso-

na ita inferioris conditionis, ut sit dedecus totius prospicit. Tales enim nuptiae repugnant votis relinquendum legatum, ac ab illis reputantur inhonestae, & quam totius prospicit illorum famam obsecrant. Sic docent Angelus l. i. iustitia. §. iuris praepcepta no. 1. ff. de iustit. & iure. & l. mulier. §. cum proponeretur no. 4. ff. ad Trebel. vbi Alexander. no. 6. & 10. Immolat. no. 5. Gulielmus Benedicinus. c. Raynuntius, de testam. verb. qui cum alia no. 212. Angelus de Gabellionibus tractatu de testamento, glossa 45. nu. 1. Rosella verb. adulterium num. 6. Sylu. verb. legatum l. q. 5. nu. 9.

30 Ad argumenta contrariae sententiae nu. 14. proposita constat ex dictis nu. 16. vbi diximus eas secundas nuptias esse in se castas, non tamen considerata relinquendis legato conditione: & ex eius mente colligitur talibus verbis excludi secundas nuptias.

SUMMARIVM.

An legatum relictum sub conditione castae, & honeste viuendi, amittatur per vnicam fornicationem? Resertur duplex sententia.

num. 31. 32.

Propositio sententiae Auctoris. nu. 33.

Quaestio, si vxor viro legat sub praedicta conditione? num. 34.

An vidua qua fornicando id legatum amisit, id recuperet rediens ad meliorem frugem? nu. 35.

An legatum relictum in semine honesto, aut honeste viuentibus maritatus, possit dari ei, quae semel fornicata est? num. 36.

Satisfit argumentum? num. 37.

Post. nu. 37. inuenies alia summaria.

31 **Q**uestio secunda. An legatum relictum alicui sub conditione castae, & honeste viuendi, amittatur per vnicam fornicationem? Quidam viri docti existimarunt id legatum minimè perdi, admissa vna, vel altera fornicatione: sed quòd femina ita passim sui corporis copia facit, ut meriti dici possit inhoneste viuens. Ducuntur ex. item lex Iulia, de adulterijs, in verb. eadem lege, Infitit. de publicis iudic. Vbi dicitur lege Iulia etiam stupri flagitij puniri, cum quis sine vi, vel virginem, vel viduam honeste viuentem stuprauerit. Supponit ergo feminam stupream honeste viuere. Secundo, ex l. stuprum 41. ff. de ritu nuptiar. ibi. Stuprum intelligitur etiam in his mulieribus esse, quae turpiter viuere: vulgoque, quastam facerent. Vbi post dera textum connectentem haec duo, quasi posterior pars priorè explicet: ac illa tur-

pitur viuere dicatur, quae vulgò quastum facit. Tertio, quia vnicus actus non denominat quempiam bonum, vel malum. Ut ex proemio Infitit. §. cumq; ibi. Quorum omnium solertiam, & legum scitiam, & circa nostras infisiones fidem, iam ex multis rerum argumētis accepimus. Colligit ibi Glossa marginis, ex mèti Petri de Bellapert, & aliorum. Et tradit. Sebastianus de Medicis de regulis iuris 2. p. regula 2. nu. ac. Vnde in proverbium abiit. Vna hirundo non facit ver. Et confirmatur, quia mercator non dicitur nisi qui negotiatione exercet. l. 1. §. 1. ff. de tribu. Et tradunt Bartolus in proemio. ff. veteris nu. 10. Abbas. c. 1. de iudicij. nu. 38. & ibi Decius in 2. lectura, in noua editione nu. 113. vers. tertio. Ancha. c. vnico, de vita, & honeste cleric. in 6. n. 1. post. 4. notabile vers. querit etiam, & ibi Dominicus nu. 8. Francus nu. 2. Et 2. confirmatur ex communi modo loquendi, nemo enim quempiam prodigum appellat, quòd semel tantum prodigè miserit: aut liberaliter, aut avarè, ex vnico auaritia, aut liberalitatis actus: nec dicit illum splendèdè viuere, aut laudè edere, aut potare, quòd semel tantum haec fecerit. Quod non mediocre signum est, haec omnia habitum importare, & sic ex sola actuum frequentia denominationem sumere. Tertio, principaliter probat, quia luxuriose viuere, opponit castè, & honestè viuere: atq; ita illa femina dicitur non castè, & honestè viuens, quia luxuriose viuuit. At non dicitur luxuriose viuere, quae semel, aut iterum fornicatur, sed, quae fornicationis vitio assuetata est. (vt ex multis probauit dis. praecedenti nu. 8. Et confirmat, quia filia exheredari nequit ob vnam vel altera fornicationem: eò quòd textus petant luxuriosam vitam. (pro vt probauit l. b. 4. dis. 24. num. 6.) & tradit Iacè Surdus de alim. tit. 7. q. 4. nu. 32. & 33. Tandem, quia cum l. 9. tir. 12. lib. 3. fori. sic dicit, Si desines de la morte de su marido sò sciere buena vida, pierda todo quanto le dexo. Et tamen Acofta. c. si pater, de testam. in 6. 1. p. verb. legauit. nu. 41. vers. ex quibus omnibus, & Barbosa. l. 1. p. 1. in principio. n. 68. ff. solut. matrim. aut praedictam legem loqui in vidua, quae bonam vitam non agit: & pròinde in ea, quae habitum male viuendi contraxit, & stupra more meretricio admittit. Ergo inhonestè, & non castè viuere habitum fornicandi petit: ac subinde non contrauenietur conditioni castae, & honeste vitae, vt amittatur legatum sub illa relictum, per-

vnam,

vnam, vel alteram fornicationem. Huius sententiae videtur Azebedo lib. 5. recopil. c. 1. §. n. 19. vbi dicit non sufficere vnicum viduae stuprum: & quamuis non satis explicet, an loquatur in solo casu. l. 5. tit. 9. eiusdem libri §. petentis luxuriosam vitam viduae, vt amittat lucra constanti matrimonio acquisita: etiam in omnibus casibus quos praemiserauit immèditè nu. 18. dixerat luxuriosè viuentem teneri in conscientia restituere legatum à viro sub conditione castè, & honestè viuendi relictum: & ita videtur etiam in eo casu intelligere, non contraueniri conditioni per vnicam fornicationem.

32 Alijs verò placet, eiusmodi conditioni non pareri vnicam fornicationem admissa, atq; ita amitti in vtroque foro id legatum. Dicitur, quia nomina verbalia delictum importantia, vnico còtenta sunt actu. Vt praeparator, calumniator, raptor, spoliator, fractor, lathletas. §. praeparator. ff. de his, qui notantur infamia. l. quis sit fugitiuus. ff. de edilio edicta. c. penultimo, & c. finali, de raptor. Et docet Bart. in praemio. ff. veteris nu. 10. Abb. c. 1. nu. 38. de iudicij, & ibi Decius in 2. lectura, in noua editione nu. 112. Dominicus. c. 1. de vita, & honeste cleric. in 6. nu. 8. & ibi Francus nu. 3. Acofta. c. si pater, de testam. in 6. 1. p. verb. legauit. nu. 39. & solum excipiunt delictum erroris, & plagij, Bartolus, & Abbas ibidem. At castè, & honestè viuens est nomen verbale: dicitur ergo non castè, & honestè viuens, committens vnicam fornicationem. Et confirmatur, quia Dominicus, & Francus ibidem, eam differentiam constituunt inter nomina verbalia significantia officium, vel artem, siue actum voluntarium, & licitum: & verbalia importantia delictum, vt illa exercitium petant: haec autem vnicum actum. Cum ergo inhonestè, & impudicè viuens sit nomen verbale delicti, vnicum actum solum petet: atq; ita per vnicam fornicationem violabitur conditio in legato petita. Secundò, quia D. Greg. lib. 1. Epistoliarum. epistola 42. in fine, & refertur. c. d. 38. sic ait. Nullam facere subiacentium presument Episcopum, nisi, qui se viduarum castè promiserit. Et Concilium Toletanum 4. c. 26. & refertur. c. quando, eadem. d. sermonem habens de presbyteris, & diaconis, qui parochijs praeficiendi sunt, sic ait. Oportet eos primum professionem facere, vt castè, & honestè viuant. At constat omnes hos votum id violare vnicam fornicationem. Et confirmatur, quia in non

nullis religionibus hac sola forma emittitur professio trium votorum substantialem, Promitto me viduam iuxta talem regulam. Et si quis vouerit se castè viuendum, vbi de vouentis intentione nil constaret, sed ex solis promissionis verbis res haec iudicanda essent, reus esset voti semel fornicans: sicut & illi professi suae professionis violatores existerent, vnico inobedientie, luxurie, proprietatis, actu commissi. Tertio, quia Doctores confundunt haec, viduam luxuriosè, & inhonestè viuere, ac stuprum committere, vt incurrat poenas secundo nubentibus impositas. Et ita nunc dicitur eas incurrare viduam luxuriosè viuentem: nunc autem viduam stupri ream: haec duo pro eodem reputantes. (vt aduertimus dis. praecedenti. nu. 2.) & cum textus eo. n. 2. allegati manifestè loquatur de vnica viduae fornicatione, vt ea subdat poenis nubentium intra annum lucus, (vt ibi probauimus) pleriq; ibi relati agentes de viuua in currente eas poenas, vtitur hoc termino, vidua luxuriosè, & turpiter viuens. Communis ergo loquendi modus habet, idem reputari, inhonestè, & turpiter viuere, ac in vitium carnis vel semel labi. Et confirmatur, quia cum l. finali. C. quando mulier tutelae officio, dicitur vt vidua futura filiorum tutrix promittat se intacta pudicitiam conseruaturam, multi Doctores, quos recti dis. praecedenti nu. 15. dicunt relato illo rextu, viduam hanc turpiter, & impudicè viuentem perdere tutelam. Quòd contraueniat promissioni seruandae intactae pudicitiae per illum textum petita: quasi sentientes idem esse, impudicè viuere, & non seruare intactam pudicitiam: quod sonat vnicum actum. Imò Doctores ibi allegati còfundunt, impudicè viuere, & fornicationem admittere. (vt eo nu. 15. aduertit.) Quarto, quia leges puniunt vnicam fornicationis viduae actum: atq; ita vidua semel fornicans intra annum lucus, perdit omnia à viro sibi liberaliter relictà. (vt diximus dis. praecedenti nu. 2.) Et quamuis verior sententia habeat, ea non perdere, si post illum annum fornicetur: at aliqui contrarium probabiliter tenent. (vt ibidem reuolu. nu. 4. & 6.) Si ergo dispositio, & poena legalis vno actu còtenta sunt: à fortiori pactu conditionale testatoris legantis sub conditione vitae honestae, & castae, vnica fornicatione frangetur. Et confirmatur, quia in dubio testatoris verba iuxta legum dispositionem accipienda sunt. Vt multis

Q q 3 citatis